



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1494 usque ad annum 1507

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118448**

§. 144. Aliud Judicium de excommunicatione contra recusantes solvere decimas.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67025)

Hæc fuit decisio Facultatis Theologicæ pronunciata die prima Julii anno Domini millesimo quingentesimo primo. Sæcul. XVI.  
A.C. 1502.

§. CXLIV.

*Aliud iudicium de excommunicatione contra recusantes solvere decimas.*

Cum anno sequenti millesimo quingentesimo secundo Theologica Facultas *Argentor. p. 346.* a Canonicis Cathedralis Ecclesiæ Parisiensis rogata fuisset, *Vid. supr. s. 76.* ut doctrinaliter responderet ad quæstiones factas super censuris *Dupin. tom. 13. p. 209.* impositas solvere recusaverant. Hæc causa in quodam Universitatis conventu discussa, *Hist. Univer. Paris. tom. 4. pag. 6.* tandem ad Facultatem Theologicam devolvebatur, quæ pro more apud Mathurinos congregata die prima Aprilis suam sententiam pronunciavit, postera autem die idem Facultatis iudicium tota Universitas Parisiensis, habito conventu confirmavit.

Inter propositas quæstiones prima erat, *utrum censuræ contra eos, qui decimas per Alexandrum VI. summum Pontificem sine consensu Cleri nuper impositas solvere recusarunt, latæ timendæ sint, aut tanquam nullæ reputandæ.* Respondit eadem Facultas per sequentem propositionem; „Censuræ contra eos, qui neclibertatem Ecclesiasticam, aut Decreta  
D d 3 „ fau-



Sæcul. XVI., „ sanctorum Conciliorum læderent, vel  
A.C. 1502 „ suavissimum Christi jugum servitute  
 „ opprimerent, decimam per modernum  
 „ Pontificem pro invasione Turcarum,  
 „ ut fertur, impositam solvere recusarunt,  
 „ latæ post appellationem interjectam  
 „ nullius sunt roboris, nec timendæ. „

Altera erat Propositio: *Utrum propter hujusmodi censuras teneantur appellantes a celebratione, aliisque divinis abstinere.*  
 Responderunt Theologi: „ Quod præfata  
 „ tæ censuræ non obligent appellantes,  
 „ ut a celebratione, & aliis Divinis ab-  
 „ stineant. „

Igitur certum, atque usu ab omni hominum memoria remoto comprobatum in Galliis est, quod summus Pontifex absque Regis consensu in ejus regno nullas exactiones imponere queat (\*).

§. CXLV.

(\*) Observes velim, quod Continuator in tom. XXV. lib. CI. §. 38. fassus sit, Benedicto XIII. nonnisi ad itineris sui expensas a Clero Gallicano concessas fuisse decimas, astute tamen de suo idem Continuator addidit ibidem, quod hanc rem Parisiensis Universitas moleste tulerit, an propterea Pontificum juribus, quicquam derogetur, prudentis Lectoris judicio relinquimus.